e-codices

oculos tuos tanquam dies hesterna quae preteriit. Ideo debemus ad refu
gium tuum ubi sine ulla mutabilitate tues. ab his preter euntibus laben
tibusq; conuerti. quo quantumlibet huic uitae longum tempus optetur.
Mille autem anni ante oculos tuos. tamquam dies hesterna quae preteriit. Non sal
tim tanquam dies crastinus qui uenturus est. Ita omnia quae temporis fine
clauduntur. pro transactis habenda sunt. Unde ea sibi apostoli pauli post
posuit intentio. quae retro sunt obliuiscentis. ubi temporalia cuncta opor
tet intellegi. Et in ea quae ante sunt extendi. quae appetitio est aeterno
rum. Ne putent autem aliqui mille annos sic computari apud dominum pro una
die quasi tam longos dies deus habeat. cum hoc ad contemnendam tem
poris longitudinem dictum sit. Ideo addidit. Et sicut uigilia
in nocte. Cum uigiliae spacium non habeant amplius quam tres horas.
& tamen ausi sunt homines presumere scientiarum temporum. quod (que)
scire cupientibus discipulis dominus ait. Non est uestrum scire tempora que
pater posuit in sua potestate. Et definierunt haec secundum (se cum) sex anno
rum milibus tanquam sex diebus posse finiri. Nec adtenderunt quod
dictum est tanquam dies unus qui preteriit. Non enim quando dic
tum est soli mille anni preterierant. & quod eos maxime debuit ammone
re ne temporum cluderentur incerto. quod est sicut uigilia in nocte.
Neque enim sicut de sex diebus aliquid ueri simile uidentur opinati prop
ter sex dies primos dies quibus deus fecit opera sua. Sic etiam sex uigili
as. id est horas x & uiii. possunt illi opinati coaptare. Deinde iste homo
dei uel potius propheticus spiritus uelut di legem in secreta eius sapientiam
conscriptam. ubi uitae mortalium peccatrici constituit procurrendi
modum. Et mortalitatis aerumnam uidetur quodammodo recitare
cum dicit. Quae pro nihilo habentur anni erunt eorum. mane sic
herba transeat. mane floreat & pretereat. uespere decidat induret
cat & arescat. Felicitas ergo heredum ueteris testamenti quam p
magno bono expetierunt a domino deo suo. hanc legem accipere meruit.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 164, p. p.%20201 – The fourth volume of a six-volume commentary on the Psalms by St. Augustine (http://www.e-codices.ch/en/csg/0164/p.%20201)